Ossoliński Nicolai: Ode in memorabili Vistulae Craci alluvione. 1621.

O D E

IN

Memorabili Vistulę Crac.

ALLVVIONE,

qui duravit a 16 Kal. Septemb. usq.

Ad octauum Kalend. Sept.

Anno Domini, 1621.

Facta à

NICOLAO OSSOLINSKI, Studioso in Alma Acad. Crac.

CRACOVIAE,
Ex Officina Typ. Math: Andreouiensis.

Illustri & Magnifico Domino,

D. NICOLAO OSSOLINSKI

DE OSSOLIN. &c. &c.

Domino & Patruo suo vnicè obseruandiss.

Inclyte, & æternum nostris memorande Camænis
Patrue, & in studiis spesq; decusq; meis.
Nostra vbi barbarico circumsonat ora tumultu,
Et Thracem contra vis sua quemque rapit:
Musa tibi versus mea. datq; dicatq; pusillos:
Ob faciem rerum dum stupet insolitam.
Vistula laxatis dum inuolueret omnia frænis.
Exitio multans agricolas Tragico.
Neptunum campisq; satisq; feracibus, æstu
Fluctiuago infundens, prodigium alterum erat.
Tota ferè portis sese Cracouia fudit:
Nam sena hæc propè res lustra stupenda venit.
Hæc tibi dum rudiore stylo, tenuiq; Minerua,
Effingo, faustis Tu accipias auibus,
Sic hominum ingenium est velut amnis, paruus in ipso
Principio, donec crescat & alueo eat.

GEntium magne arbiter atque custos,
Si graue hoc pacto scelus expiasti
Vistula vt latè aggeribus reuulsis,
Heu miserandam
Ederet stragem, populos agrosque
Gurgite inuoluens. satis æstuantem
In suo tandem reprimat precamur
Vortice cursum.
Vidimus quantùm rueret minaci
Impetu, montes iaciens aquarum,
Cuncta restagnans tulit insolenti
Flumine gurges.
Hìc fragor tristis domuum ruentûm,
Aether ast illinc pecorum à boatu
Infremit longè, gemitus profundum
Pulsat Olympum.
Paruus hauritur puerorum, ab vndis
Grex (acerbum fatum) eodē quò opes, &
Spem suam matri atq; patri momento
Corripit æquor.

Piſcibus prædâ furibundam in aluum
Viſtulæ truduntur, & irruente
Morte, ſingultantem animam tenella
Membra reſoluunt.

Dum laborantes ope quantula audet
Vindicat mater, cadit in propinquo
Verticoſis, nexibus implicata
Victima buſto.

Solus implacabilis hoc atroci
Funere exultat nihilum reuertens
Viſtula, & conuicia peſſulata
Excipit aure.

Iamq́ue maiori impete, viq; tota
Circumagens flauam Cererem, ſuoq́;
Vortice abſorbens ſata læta opimum
Ruris honorem.

Hæc lues campis rapit, ô charybdes
Non ita infandę, tu etiam biformis
Scylla, non tantum rabioſa nautis
Guttura pandis.

Sole

Sole matura & benè toſta farra
Dum vocant falcem, tacitus colonus
Ridet in ſe ſe & reficit legendis
Horrea ariſtis.

Cæterorum non benè gnarus auſpex
Neſcius quanto trepidet tumultu.
Pronus Orion, ſibi quidue ſpondeât
Iuppiter autor.

Sed tamen miteſcit in his malorum
Mollibus mens, ſuggerit & ſibi ſpem,
Affore ærumnis hominum medellam
Vel polo ab ipſo.

Maius at quiddam inſidet & cruentat
Altius mentem, violentus amnis
Nec focos Diuûm reueritus vnquam
Templaque ſancta.

Irruens vaſto ſonitu reuellit
Tænias ſacras, monumentaque ipſa
Ire deiectum parat, & crebro vrget
Ariete poſtem.

Quaque defluxit tumulorum in vrnas
Humidus Nereus, populatur, atq;
(O nefas) fundo in cineres piorum in-
Gurgitat vndam.

Quæ loca à ſacro caluêre thure
Halitu cœlos temerant olenti,
Trita, quæ nuper pedibus recepit
Area lintrem.

Diue qui cœlo tibi dedicatam
Diue Bernardine tueris Ædem
Et tui vndarum cumulo alluentur
Atria Templi?

Cum tua ô Ludouice ſancte, regni
Atque ſceptrorum fragiliſque mundi
Magne contemptor, memoranda feſta
Clerus habebat.

Peſtis hæc, noſtras peragrauit oras
Et quaſi ex victis ageret triumphum
Non ſacris, non abſtinuit profanis
Contemerandis.

Ipſa

Ipſa nec vos relligio Deorum
Texit ô altaria, ne furorem
Immemor Diuûm Iſtula pertinacem in-
Tenderet vſque.

O Deorum hoſtis ſcelerate nullum
Credis vltorem affore, tam nefando
Aului, & terram & ſuperos Gygantum
More laceſſes?

Vſquequò nos cœli operit ruina
Summe Diuorum Pater, an refuſis
Immines vindex ſcelerumque noxas
Eluis vndis?

Horret vt quiſquam meminit vetuſtæ
Cladis, horret Deucalionis æquor
Marmora & viua, artificemque Pyrrham
Saxa animantem.

Sic (vetus fama vt cecinit) ſolutis
Nubibus, cœlum imbriferum ruebat:
Donec immiſſis ſepeliret orbem
Omniaque vndis.

Firma

Firma ſed pactis tibi conſtituta
Stat fides nullis violanda ſæclis,
Amplius talem tua vaſtitatem
Ne accipiat gens.
Hoc docet Thaumantias, illud altum
Fœderis vexillum, homines Deumque
Inter, æternum ſtabilitæ in æuum
Teſſera pacis.
Cladibus tandem ſatiate noſtris
Deſine irarum propriuſque feſſis
Gentis afflictæ facilis bonuſque
Conſule rebus.
Comprime in forti Scythicum furorem
Dexterâ, & quas improbus hoſtis in nos
Turpiter nectit ferat in triumpho
Ipſe catenas.
Efferet toto tua natio orbe
Nec ſilebunt vlla benignitatem
Tempora immenſam, annuis vt potenti
Numine Terris.